



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

51. An Cardinales possint conferre primam Tonsuram, & minores Ordines  
in suis titulis? Et an Cardinales Presbiteri Tonsuram, cæterosque Ordines  
suis familiaribus conferre possint, quia per Concilium ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

## 396 Tract. VII. De Potestate & Priuilegiis

46. Aut certè non comprehendit, vt censeo, Cardinalium Capellas ex supra probata doctrina, nam desumitur ex Concil. Nanneten, quod Provinciale est, neque de Episcoporum Capellis ibi fit mentio: si ergo poterit quis celebrare in dicta Capella licet quibuslibet diebus, idem erit dicendum respectu audiendum, quod possint licet audire, & etiam exteri, cum eadem sit ratio celebrantis, ac Missam audiuntis quoad hoc.

47. Hinc in Sacr. Congregatione Concilij die 22. Septembri 1640, fuit resolutum quod interessentes sacrificio Missa in priuato Episcopi facello, satisfacient praecēto Ecclesiastico tam in Dicēci, quām extra: ergo idem, & eo fortius diceridū ex suprā ponderatis de Cardinalium Capellis.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 2. Ref. 44. §. Secus. 22. Septembri 1640, fuit resolutum quod interessentes sacrificio Missa in priuato Episcopi facello, satisfacient praecēto Ecclesiastico tam in Dicēci, quām extra: ergo idem, & eo fortius diceridū ex suprā ponderatis de Cardinalium Capellis.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 2. Ref. 12. §. Notat. & in aliis eius not. & hic sup. ad medium §. Secundo à simili, huius Ref. 48. Quid autem ē conuersio, An exteri Sacerdotes possint in Capellis Cardinalium celebrare, etiam si non sit pro servitio Cardinalis? Et censeo posse, sicut diximus de priuilegio Iesuitarum, ita interpretatio quoad exteros Sacerdotes. Hucvsque Cardinalis Brancatus, sub quo INCLITO NOMINE tanquam Genio Tutelari, feliciter huic sextæ Parti finem imponeo.

### RESOL. L.

An Cardinales possint assistere in suis Ecclesiis, & dare licentiam assistendi matrimonio: Ex part. 5. tract. 2. Ref. 35.

Sup. hoc in §. 1. R Espondeo affirmatiū, & ita docet in tert. min. Sanchez de matrimon. tom. 1. lib. 3. di- Ref. 90. §. 1. ad medium. p. 28. num. 7. & Basilius Pontius de matrimonio lib. 5. a. vers. De cap. 10. num. 6. quia, vt dictum est, in suis Ecclesiis habide censem, & ita Cardinales iurisdictionem quasi Episcopalem, tex. in cap. 6. de maior. & obedien. & ibidem Abbas Felinus, Burinus, quibus addit. Imolam in Clement. ne Romani. de elect. vide etiam Zechium de Republ. Christiana. tit. 3. de Cardinal. num. 9. post. 11. priuileg. & ideo Rubeus in Aphor. Epise. ver. Cardinales, num. 2. sic ait. Cardinales in suis titulis habent iurisdictionem quasi Episcopalem, & dant licentiam vt in eis coram Sacerdote non Parochio à suis subditis matrimonio contrahatur. Ita ille, & ego.

### RESOL. LI.

An Cardinales possint conferre primam Tonsuram, & minores Ordines in suis titulis? Et an Cardinales Presbyteri Tonsuram, ceterosque ordines suis familiaribus conferre possint, quia per Concilium Trid. sess. 23. cap. 10. videtur derogari hanc facultatem? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 5.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Ref. 68. §. 2. ad l. n. 2. & in Ref. 71. prope finem veri. quia modo. §. 1. Neq; agitiam sententiam docet Anastasius Germonius in tract. de indu. Cardin. §. tam ratione, n. 29. vbi firmat Cardinales in suis Titulis posse exercere ea, quae sunt iurisdictionis, non ea, quae sunt Ordinis. 2. Sed affirmatiū sententiam tenet Joseph de Sacram. part. 2. dif. 8. sect. 1. assert. 3. Victoria in summa de sacram. Ord. num. 234. Lancellottus in Templo iud. lib. 2. cap. 2. §. 3. n. 17. Maiolus de irregularib. 4. cap. 20. num. 8. Laudenlis de Cardinal. quæst. 20. Valentius tom. 4. dif. 9. q. 3. punct. 2. Hurtadus de sacram. Ord. dif. 18. Iacobatus de Concilis lib. 1. art. 12. Zechius de Republ. Eccl. tit. de Cardin. num. 9. Ioan. Baptista de Fabris in man. Ord. de sacram. in comm. cap. 7. Bartholomaeus Ledesma de Ordin. dub. 11. Palacius in 4. dif.

§. 14. q. 2. D. Antoninus 3. part. tit. 14. cap. 16. §. 6. Paludanus in 4. dif. 24. q. 3. num. 12. Bonacina de Sacram. dif. 8. q. 20. punct. 4. num. 3. Piascius in praxi part. 1. cap. 1. art. 1. num. 6. Tabiena verb. Abbas q. 5. Sylvester ver. Ordo 3. q. 2. Vasquez in 3. part. tom. 3. dif. 2. 4. cap. 4. num. 33. Binsfeldius in Encir. part. 1. dif. 6. §. 9. & Sotus in 4. dif. 25. q. 1. art. 1. ad secundum argumentum. & hoc ex consuetudine, quæ licet dare non possit ad hoc iurisdictionem, est tamen si- gnum eam habere à Papa.

3. Notandum est tamen ex Ledesma, Sanchez in opus. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 19. num. 21. docete per Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 10. derogari facultatem, quam habebant Cardinales conferendi pri- mā Tonsum, quia exp̄s̄ reuocat consuetudinem, etiam immemoriam. Verū ego inuenio Doctores post Concil. Trident. assērere Cardinales Presbyteros, Tonsum ceterosque Ordines suis familiariis conferre posse, & ita docet præter Doctores citatos Parisii de resignat. benefic. lib. 4. q. 2. n. 8. Aozius tom. 1. lib. 4. cap. 3. q. 2. Sebalt. Cesal. in relē. de Eccl. Hierarch. part. 1. dif. 2. §. 5. num. 2. Campanili in dñer. inv. Can. rubr. 6. cap. 2. num. 12. Henriquez lib. 10. cap. 27. num. 3. Fornarius de sacram. Ordin. cap. 5. Granatus de Sacram. in 3. part. confr. 9. tract. 2. dif. 2. num. 1. Tamburinus de iure Abbat. tom. 1. dif. 11. q. 4. Moneta de indic. conferr. cap. 5. num. 5. Marti- tius tom. 3. tract. de sacram. Ord. dif. 8. sect. 1. num. 8. Hieronymus Llamas in summa 3. cap. 3. §. 3. Alzedus in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. num. 9. Tuclius lit. C. concil. 100. num. 50. Lorichius in Theaur. ver. Cardina- lis. §. 7. Cucchus in institut. Canon. lib. 2. tit. 4. num. 66. Pintus de Ordin. q. 6. art. 1. num. 46. Barbola in Concl. Trident. sess. 23. cap. 9. num. 3. de potestate Episcop. part. 2. allegat. 5. num. 19. vbi testatur ita sensisse Rotam in una Cremon. 9. Decembri 1592, vnde non est audi- dius Sanchez, & Germonius.

### RESOL. LII.

An Cardinales habeant ius conferendi beneficia in suis Titularibus Ecclesiis? Et idem dicendum est de Canoniciis, & Prabendis, que ab ipso titulo dependent? Et an Cardinales possint absoluere à iuramento in suis titulis? Ex part. 5. tract. 2. Ref. 13.

§. 1. R Espondeo affirmatiū, quod intellige quan- do sunt in vrbe, nam in eorum absentia solus Papa confert, & ita docet Joannes Chokier. in comment. regul. 1. cancell. num. 23. ver. Secunda referuatio Barbosa Colletian. in Cod. tom. 1. lib. 1. tit. 3. cap. 11. n. 3. Gonzalez ad regul. 8. cancellar. glos. 13. num. 20. Gilrenzonius conf. 63. per totum. & Germonius tr. de induit. Cardin. §. tam ratione. num. 24. vbi sic ait. Li- cēt tituli in vrbe sint, & eorum beneficia iure ordinario ad Pontificis Maximi, veluti ad proprij Episcopi collationem, & prouisionem spēcent; verū tamen Pontifices ipsi, vt ostenderent Cardinales sibi verē filios, & fratres esse, & vt eos suorum titulorum studiosos per residentiam magis allicerent, pleniōrem eisdem dederunt conferendi facultatem, cap. bis, qua de maior. & obed. Ita Germonius, vbi num. 16. ex Bellinzonio in tract. de Charit. sub. qu. 3. dicit Cardinales maius ius habere in Ecclesiis titularibus, quām Ecclesiæ matrices in Capellis non subiecti, possunt enim omnia beneficia, Canoniciatus, & pro- bendas, quæ ab ipso titulo dependent, Cardinales conferre. Vide etiam Albanum tr. de Cardin. q. 46. Sed an Cardinales possint absoluere à iuramento in suis